



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De baptismo Constantini imperatoris & eius morte & c. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

unionem iubet. Quo renuente adhuc propter infamiam, & suspicionem hæresis deuitante, iubet Constantini nopolim synodū congregari. Ante vero vñ concilij diem constitutū, prosternēs se Alexander sub altare, tota nocte clamat ad dominū, dicens: Iudica dñe inter Eusebij minas & Arrijiuramentū. Quo valde supplicāte, presumptionē Arrij & iuramentū mēdax mox vindicta dei persequitur. Etenim cum in crastinum matutinum, ad ecclesiam properaret, episcoporū & populorum frequentia cōstipatus, humanæ necessitatis causa ad secessum declinat, ibi quācum sederet, intestina eius atq; omnia viscera in secessum cuniculorum defluxere. Tūc Eusebius Nicomediæ cum cæteris Arrianis confunditur, nec propter causam Arrianum dogma confunditur, sed ad tempus occultatur.

Caput VII.

In terea Constantinus imperator cum in Nicomedia degeret languore grauatus, in extremis baptizatur. Distulerat eīm usq; ad illud tempus, in Iordanē hoc promereri desiderās. Qui cōditō testamento, & tribus filiis heredibus constitutis, primo scilicet Constantino in Hesperia, secundo vero scilicet Constantino in oriente, iuniore scilicet Constance Cæsare ordinato, & in partibus occidentis post quinquagesimū quintum ætatis suæ annum, viuendi finem facit, reuocato prius Magno Athanasio in Alexandriam, propter persecutionem Arrianorū exulante. Igitur Christianissimo imperatore defuncto, Arrianum iterum dogma repullulat. Constantius imperator seductus ab hæreticis in eundem errorem decollatur, & Ma-

RERVM MEMO. LIB. IX.

gnū Athanasiū veritatem edocentē, condemnat. In cuius persecutione postmodū grauiſ conspirantibus hereticis & multa crimina intēdentibus, vniuersus orbis cōjurauit, & cōmoti sunt principes terræ, gentes, regna, exercitus coicrūt aduersus eū. In cuius damnatione cum apud Mediolanū cōgregati subscribere cōgerentur episcopi, quibusdā eorū deceptis, Pictauiensis minimū cōsentit Hilarius. Vnde & cum quibusdā alijs episcopis traditur exilio. Inde apud Ariminū synodus ab hæreticis congregatur, ibi δμουσιον, quasi ignotū sermonem, & à scripturis alienū à fidei expositione decernūt, firmātes sibi sermonē neq; & dicētes, soli Ch̄o oportere credi, & nō δμουσιον confirmare.

Caput VIII.

Interea Liberius Papa tradiſ in exiliū, & Felix diaconus eius in loco eius subrogatur ab hæreticis. Hierosolymis Cyrilus Maximo in episcopatu ſue cedit, aliquā in fide varians, aliquā in communione.

Per idem tempus Constantius imperator viuen di finem facit, Julianus vero ſucedit in regnum, bono uſus principio & malo fine. Nam primo clericus & philosophus insignis, postmodū ad idola conuertitur. Et primo quidē pacificus relaxat episcopos de exiliis, & benignè agit aduersus nostros. Deinde persequitur, & infert supplicia. Hic in odium Christi Iudæis permittit reparare templū Hierosolymis, qui ex omnibus prouincijs collecti, noua templi fundamenta iaciunt, quæ ſubito terremotu corrūt diuinatus, faxis ingētibus longe lateq; diſpersis. Et ne hoc caſu crederetur factum, ſequenti nocte in uestimen-

F iiiij